sunt. ex quib; apostolos elegit. quib; a solis ortu usq; ad occasu omne genus hominu
uocare precepit. quando dixit. eritis mihi testes in hierusalē & in omni iudea & sa
maria. & usq. ad ultimu terre. & hoc ex sion inquiens incipiens ab hierusale. Deus
manifeste ueniet. xpistus qui occulte uenit & humilis ad nostram redemptionem. mani
feste ueniet & gloriosus ad iudicandu; Deus noster. Noster uidelic& deus dicitur. propter suscepti
onem nature nostre, & non silebit. sed manifeste iudicabit. Siluit enim ueniens. sed
non silebit rediens. Siluit autem & sil& in presenti omnes tolerando nemine iudican
do; & prorsus hic quidem siluit. quia nemine condempnauit. nullum iudicauit,
Sed non silebit in die iudicii. manifeste ad utrumq; ueniens. & ad remuneran
du iustos & ad iudicandos reprobos. Iuxta quod per esaiam dicit. Semper silui paciens fui. Num
quid silebo. uelut parturiens loquar; nam siluit non predicatione. sed condempnatione. omnes enim uocauit. nullum condempnauit. Loquetur autem uelut parturiens
ire & quadam uociferacione pro multitudine indignacionis sue. Ignis in conspectu eius
exardescet. ignis ille scilic& quo feratur omnis terra in die iudicii comburenda. per quem
omnes sancti coram domino euolabunt. Vel etiam ignem appellat feruorem iudicii quo omnes
reprobi infelicissime dampnabuntur in finem seculi. Et in circuitu eius tempestas ualida.
Et que scilic& ille super celestes que primordialium similitudinem retinent possumus &
tempestatem ualidam uim & asperitatem illius ultimi iudicii accipere. In circuitu
inquit eius tempestas ualida. i. tam ualidum & feruens iudicium. quod sufficiat ad
euentilandas omnium reproborum paleas. Aduocauit celum desursum. celum appellat
angelicas uirtutes & celestium spirituum cateruas; per terram uero terrenos omines.
sed iam celestes bonis operibus factos. Quibus dicetur in die iudicii. Esuriui & dedistis
mihi manducare. & cetera. Iudicabuntur enim eum & saluabuntur. Siue etiam per celum
electos debemus accipere. Qui dicere possunt nostra conuersacio in celis est. per
terram reprobos qui terrena tantum requirunt. Aduocauit ergo celum desursum ad
iudicium & terram. i. omnem angelorum & hominum multitudinem. & eos qui iudicabunt.
& eos qui iudicabuntur. & electos & reprobos. & hoc quare discernere populum suum.